



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 135. Bernardini Tomitani fata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

refunctus, optata tranquilitate, ac sine tæ- Sæcul. XV.
dio dies suos transigebat, & Virorum li- A.C. 1494.
teratorum commercio liberaliter indul-
gens, latinas epistolas, ac carmina in-
genti felicitate conscribebat, quæ hodie-
dum ab eruditis magno encomio cele-
brantur: Præterea Herodianum latine
reddidit: Ast Petri Medicæi indignatio,
quam haud obscure præsenserat, tam
anxiis curis animum ejus excruiciabat,
ut tædio confessus, duobus ferme ante
Picum Mirandulanum mensibus obierit:
Nec tamen Politianus mordaces Floren-
tinorum calamus penitus effugere pote-
rat; cum enim hi depulsis Medicæis in
omnes huic Ducali familiæ addictos irri-
soria vulgarent carmina, nec Politianum
intactum relinquebant,

§. CXXXV.

Bernardini Tomitani fata.

Bernardinus Tomitanus cognomento Jacob. Phil.
Parvus Feltriæ in ditione Veneta na- Tomasini L.
tus, Ordinis S. Francisci alumnus, hoc an- part. eleg.
no die vigesima octava Septembris Fa- dott. Vir.
piæ (*) vivis eruptus est. Scripsit quos-
dam

(*) Apud alios Scriptores legitur Pa-
tavii.

Sæcul. XV. dam libros, atque inter ceteros succin-
 A C. 1494. etum tractatum de modo confitendi Bre-
 sciae Anno millesimo quingentesimo qua-
 dragesimo secundo typis editum, neconon
 quosdam sermones Italo idiomate con-
 cinnatos unacum opusculo de perfectio-
 ne vitæ Christianæ, quæ omnes Bernar-
 dini elucubrationes typis excusæ pro-
 stant.

§. CXXXVI.

*Opera Trithemii, ejusque contro-
 versia de Conceptione B. V.
 MARIÆ.*

Moguntinis etiam literis hoc anno im-
 pressus prodiit liber de Scriptoribus
 Ecclesiasticis, quem septem annorum la-
 borem Joannes Trithemius ad hunc us-
 que annum protraxit, Auctores, quos
 annunciat, succinto elogio commendat,
 eorumque opera, ac in toto Catalogo
 nongentos circiter septuaginta Scriptores
 recenset. Hoc opus diversis postmodum
 temporibus Parisiis, Coloniæ ac Basileæ
 denuo impressum fuit.

Hist. Univ. Hoc eodem anno Joannes Trithe-
 Paris. to. 5. mius publici juris fecit tractatum de lau-
 p. 81x. dibus D. Annae, ubi in capite septimo de
 imma-